

## Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

### Wersja sandomierska

Rękopis Archiwum Archidiecezjalnego w Gnieźnie, sygn. 104, k. 94v–95

Odczyt: Maciej Mikuła, *Prawo miejskie magdeburskie (Ius municipale Magdeburgense) w Polsce XIV – pocz. XVI w. Studium o ewolucji i adaptacji prawa*, Kraków 2018, s. 327–328

Artykuł 40

[40] De viro, qui super alium querimoniam fecerit pro bonis, que sibi dicit esse innata.

·XL· Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod vera sua hereditas sit, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera sit successio a patre suo, vel ab alio suo angnato, aut a suo predecessor, et si ille conparet [/] super quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum defensorem, et bona possiderit pacifice et quiete, anno <et<sup>a</sup>> die, contradiccione qualibet non obstante et est <iuste<sup>b</sup>> ac rite meum premium censuale, ipsum oportet suum defensorem nominare, et ad dies statuere, si possit, et cum defendantem seu defensore conservat sua bona in eo, si defensus fuerit, ut iuris est, a defensore. Sin autem sibi defectus fuerit in defensore, actor conservat suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam hereditatem, sive naturalem porcionem, fa/k. 95]cilius quam alter emptam hereditatem, aut obligatam hereditatem, aut datam proprietatem, aut premium censuale, cum impossibile sit aliquem de naturali porcione defraudari.

<sup>a</sup> nadpisane w interlinii, zapewne ręką pisarza podstawy; <sup>b</sup> na prawym marginesie, znak wtrącenia +, dopisane przez autora podstawy

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]